



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicæ, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

De Venerabili Eucharistiæ Sacramento Decisiones Theologico-Legales

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Index Quæstionum Theologicarum, Quæ habentur in his Decisionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94643)

INDEX QUÆSTIONUM THEOLOGICARUM

Quæ habentur in his Decisionibus.

- 1 **I**N quot, & quibus casibus liceat sumere SS. Eucharistiæ sine naturali jejuni? Decis. 3. à num. 5. & seqq.
 - 2 An liceat Parocho non jejuno celebrare causa communicandi moribundum per Viaticum? d. Decis. 3. à num. 7. & seqq.
 - 3 Sacerdos mortali culpa dententus ministrans aliis SS. Eucharistiæ, an mortaliter peccet? Decis. 4.
 - 4 Moniales raro communicantes quibus rationibus ad frequentiam Sanctissimæ Communionis suadenda? Decis. 5.
 - 5 Essentia Sacramenti Eucharistiæ an consistat in existentia Corporis, & Sanguinis Domini? An in speciebus consecratis? An in speciebus consecratis, & ipso corpore, & Sanguine Domini simul? Decis. 6.
 - 6 Quis primus hæreticorum impugnaverit Eucharistiæ Sacramentum? & qui aliis sequaces? Decis. 6.
 - 7 Quæ sint Argumenta fortissima ad convincendos hæreticos negantes realem existentiam Corporis & Sanguinis Domini in Eucharistia, Decis. 6. à num. 6.
 - 8 In quibus differat Sacramentum Eucharistiæ ab aliis Sacramentis? & dantur undecim propriæ differentia. Decis. 7. à num. 1.
 - 9 An aliqui vixerint longo tempore, solo Eucharistico pane nutriti, & qui? Decis. 7. num. 2.
 - 10 Communionis Vox, quot & quales significationes habeat in Ecclesia? Decis. 9. num. 1.
 - 11 Quæ, & qualis sit Communio Papalis? Episcopalis? Sacerdotalis? Diaconalis? Subdiaconalis? & aliorum Clericorum? Quæ Laicorum? Imperatorum? Regum? Puerorum? Peregrinorum? Infirmorum, ac Mortuorum? Decis. 9. à num. 2. & seqq.
 - 12 Cur Dominicani Patres se communicent manu sinistra, Decis. 9. n. 8.
 - 13 Quid essent Eulogiæ, ac Agapes? Decis. 9. n. 20. 21. & 22.
 - 14 An laici jejuni possint communicari post meridiem? Decis. 9. num. 23. & 24.
 - 15 Utrum antiqui Christiani communicarentur semper cum utraque specie Eucharistiæ? Decis. 9. num. 11.
 - 16 Communio laica, ad quam olim Clerici condemnabantur, quid esset? Decis. 9. nu. 13. Et quid Communio Peregrina? ibid. num. 16.
 - 17 An mortui olim sepelirentur cum Sacra Eucharistia? Et quid esset Communio mortuorum? Decis. 9. n. 18.
 - 18 Catechumenorum Communio quamnam esset? Decis. 9. num. 19.
 - 19 Communio quotidiana an à laicis fidelibus in primitiva Ecclesia sumeretur? Quando fuit Communio facta de præcepto ter in anno? Deinde semel. Et an hodie laici possint quotidie sumere Sacram Eucharistiæ? Decis. 10. per totam; in
- cujus fine Decretum S. Cong. Concilii diei 12. Februarii 1679. circa quotidianam Communionem laicorum.
- An olim licitum esset laicis pluries in die Communicari? Decis. 10. num. 1.
- Qui, & quot Ordines Regulares fundati sint, & à quibus fundatoribus, à principio Ecclesiæ usque ad annum 1576. Decis. 10. num. 5.
- Materia Eucharistiæ quamnam sit in consecratione Corporis Christi? Decis. 11. num. 1. & seqq.
- In quo casu Sacramenta confici possint cum materia dubia? Decis. 11. num. 4.
- Controverfia de Azymo, & Fermentato inter Ecclesiam Latinam, & Græcam cur? quomodo? & quando orta fuerit? Decis. 11. num. 6. 7. & 8. ubi quod semper Ecclesia latina consecravit in Azymo.
- Utrum Christus Dominus instituerit sui Sacramentissimi corporis, & Sanguinis Sacramentum luna decimatertia Mensis Martii? Vel luna decimaquarta? Decis. 11. à n. 10. & seqq. & an in pane Azymo, vel fermentato? ibid.
- An Christus Dominus passus, & mortuus sit luna decimaquarta, vel luna decimaquinta Mensis Martii? Decis. 11. num. 17.
- An aliquando Judæi ex traditione Rabbiorum incipiant comedere Azyma, & Agnum Paschalem luna decimasexta Mensis Martii? Decis. 11. à n. 18. & seqq.
- Quæ sit materia pro Consecratione Sanguinis Christi? tam certa, quam inepta, & dubia? Decis. 12. à n. 1. & seqq.
- An vinum Miraculosum possit esse materia Consecrationis Sanguinis Domini? Decis. 12. num. 10.
- Ob quæ Mysteria misceamus aquam cum vino consecrando in Calice? Decis. 12. num. 11.
- Aqua mixta cum Vino in Calice an transubstantietur in Sanguinem Christi? Dec. 12. n. 11. & seqq.
- Numquid Beati in cælo edent, ac bibent? Decis. 12. num. 5.
- Utrum modica aqua infusa post consecrationem in species vini consecrati, convertatur in Sanguinem, vel remaneat aqua, aut miraculoso quodam modo fiat vinum? Decis. 12. num. 19.
- Quenam olim essent Missæ Vespertinæ? Et quibus de causis celebrarentur Missæ de sero? Decis. 13. à num. 1. & seqq.
- An olim essent plures dies Polylyurgici in anno; in quibus ab uno, & eodem Sacerdote pluries litari liceret? Decis. 13. à n. 3. & seqq.
- Quæ, & quot sint Mysteria, quorum causa omnis Sacerdos ter celebrat in die Natalis Domini? Decis. 13. num. 11. & 15.
- A quanto tempore debeat esse jejunos Sacerdos celebraturus primam Missam in media nocte Natalis Domini? Decis. 13. nu. 12.
- An licitum sit post celebratam primam Missam in media nocte Natalis Domini, statim prosequi celebrationem aliarum duarum Missarum; & com-

Doct. Clericari Tom. 1. Lib. II.

* *

muni-

Index Quaestionum Theologicarum.

- municare fideles adstantes? Decif. 13. num. 15. & num. 20. ubi Decreta Sac. Congregat. de Anno 1641. & num. 21. ubi rationes pro negativa sententia.
- 39 Antiquitas an omnes fideles communicarentur sub utraque specie quandocunque? vel tantum in Missa solemni? Decif. 14. num. 1.
- 40 Ex qua materia fabricarentur Calices in primitiva Ecclesia? Decif. 14. num. 2. & 3.
- 41 An Christus in ultima Cœna pro sui Sanguinis consecratione usus sit uno, vel pluribus Calicibus? Et ejus materiæ erant formati? Decif. 14. n. 5. & Decif. 17. num. 4.
- 42 A quibus Ecclesiasticis dispensabatur Sanguis Christi consecratus in Missa? Et quibus indultis, ad evitandas effusiones? Decif. 14. n. 6. & 7.
- 43 Quanto tempore, & apud quas nationes fuerit in usu Communio Panis consecrati intincti in Sanguine Christi? Decif. 14. num. 8.
- 44 Quomodo servetur Sacramentum Eucharistiæ toto anno à Græcis, à Moscovitis, & à Russis pro communione infirmorum? Decif. 14. n. 9. & 10.
- 45 Quo tempore Communio Calicis cœperit in defuetudinem ire? & quibus de causis? Decif. 14. num. 12.
- 46 Hussitæ hæretici quando fuerint? Et qui eorum errores? Auctor ipsorum Joannes de Huss ubi condemnatus, & quomodo punitus? Decif. 14. num. 13. & 14.
- 47 Ubi, & quando fuit ab Ecclesia, prohibita laicis Communio sub speciebus Vini consecrati, seu Calicis? Decif. 14. num. 15.
- 48 Utrum infirmus non valentem deglutire particulam Hostiæ consecratæ, liceat communicare pro Viatico cum speciebus Vini consecrati? Decif. 14. num. 17.
- 49 Quid agendum, si infirmus in articulo mortis guttur fauciatum ulceribus habeat, & non possit deglutire Sanctissimum Viaticum, ne eo privus remaneat? Decif. 14. num. 18.
- 50 Laici non infirmi an sint communicandi in die Sabbati Sancti? Rationes pro negativa opinione. Decif. 15. num. 1. & 4. 5. 6. 7. 8. & pro affirmativa num. 3. 9. & seqq.
- 51 Qua hora Christus Dominus resurrexerit à mortuis? Decif. 15. num. 19.
- 52 Forma Consecrationis Corporis Christi quæ sit? Decif. 16. num. 1. Et an sint de essentia verba illa: *Qui pridie, quam pateretur &c.* atque *Benedictio*? num. 4. & 5.
- 53 An eadem Hostia possit consecrari à pluribus Sacerdotibus simul, & eodem tempore? Decif. 16. num. 2. & seqq. & num. 17.
- 54 Quæ remedia adhibenda, dum plures ordinantur simul Sacerdotes, & concelebrant, & consecrant simul cum Episcopo; ne illum præveniant in forma consecrationis? Dec. 16. n. 21. 22. 23. 24.
- 55 Quæ sit forma consecrationis Calicis seu sanguinis Christi? Decif. 17. num. 1. & 5.
- 56 Quæ sint Cereemoniæ, quas hæc temporibus faciunt Judæi, dum comedunt Azyma, & Agnum Paschalem? Decif. 17. num. 1. & seqq.
- 57 Quod Calices adhibeant Judæi in Cœna Paschali? Decif. 17. num. 4.
- 58 An Christus Dominus ante consecrationem Panis, & Vini in suum Corpus, & Sanguinem; benedixerit ipsam signo Crucis? Decif. 17. n. 3.
- 59 An omnia verba consecrationis Calicis posita in Canone Missæ sint de essentia ejusdem consecrationis? Decif. 17. num. 6. ubi tres opiniones.
- An communicari per Viaticum in articulo mortis sit de Præcepto Divino, vel de Præcepto Ecclesiastico? Decif. 19. num. 3. & 4.
- Quo tempore cessavit consuetudo concedendi Eucharistiam Laicis, ut eam secum domi servarent? Decif. 19. num. 5.
- Qua de causa concessum sit communicare per Viaticum etiam non jejunos? Decif. 19. numero 8.
- Quid sit Transsubstantiatio, quæ sit in consecratione Eucharistiæ? Decif. 21. num. 1. & seqq.
- Quot requisita sint necessaria pro conversione unius substantiæ in alteram? Decif. 21. num. 2. & seqq.
- Quid significet Panem, & Vinum converti Syn-categorematicè in Corpus, & Sanguinem Christi? Decif. 21. num. 8.
- An in Eucharistia simul cum Christo sit Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus? Decif. 22. num. 1. & seqq.
- An Panis possit transsubstantiari in Deitatem, id est in Divinas Personas? Decif. 22. num. 5.
- Quanto tempore sit differenda sumptio cibi corporalis post sumptam Sacram Eucharistiam, Decif. 25. num. 1. & 5.
- Quanto tempore species Sacramentales durent in stomacho? & an augeatur gratia, dum eadem in stomacho durant? Decif. 25. nu. 7. & 8. Decif. 56. num. 5.
- Utrum Christus in Eucharistia possit ab intellectu creato lumine naturali cognosci? id est ab Animabus beatis? ab Angelis? à demonibus? & ab Animabus Purgatorii? Et an ab intellectu hominis Viatoris? Decif. 26.
- An Christus in Eucharistia possit videri ab oculo corporeo? Decif. 27. ubi plura exempla.
- Quot, & quibus modis possint fieri apparitiones Christi in Eucharistia? Decif. 27. numero 5.
- Quid faciendum de Hostia consecrata, si in ea appareat visibilis Caro Christi? Decif. 27. num. 6.
- An Sacerdos, qui commodè celebrare non potest, seipsum possit communicare ex devotione; si alius Sacerdos non adfit? Decif. 29.
- Utrum Accidentia in Eucharistia remaneant sine subjecto? Quotplex sit subjectum Accidentium? An Accidentia in Eucharistia sustententur à quantitate? Similitudines aliquæ, & exempla pro demonstranda subsistentia prædictorum Accidentium sine substantia? Decif. 31. per totam.
- An in Calice consecrato remaneat Sacramentum, si in eo alius liquor misceatur? Diversæ Theologorum sententiæ, de desitione Eucharistiæ in Calice ob mixtionem alterius liquoris. Decif. 32. per totam.
- De inolita consuetudine miscendi, & addendi Vinum cum speciebus consecratis in Calice, quando ejus usus erat omnibus communis? d. Decif. 32. num. 12.
- An liceat Sacerdoti celebranti, communicare Laicum cum parte Hostiæ sui Sacrificii? Decif. 33.
- Utrum Christus Dominus in ultima Cœna communicaverit seipsum? d. Decif. 33. num. 4.
- Puncta decem, tot articulos fidei continentia; 80

Index Quaestionum Theologicarum.

- de quibus instruendi sunt illi, qui noviter dispo-
nuntur ad Sacram Eucharistiam suscipiendam, De-
cisi. 35. & ibi alia Puncta quatuor pro prepara-
tione ad Communionem: & Tria pro gratiarum
actione.
- 81 Quis sit Minister Consecrationis Eucharistiae.
Decisi. 36.
- 82 Utrum Angeli, seu Animae Sacerdotum Defun-
ctorum possint valide consecrare Sacrosanctam Eu-
charistiam? d. Decisi. 36. num. 3.
- 83 Quae requirantur in Sacerdote tum ad validam,
tum ad licitam Eucharistiae consecrationem? De-
cisi. 37. à num. 1. & seqq.
- 84 Quotuplex sit Potestas, quae confertur in ordine
Presbyteratus? Et quando ea impediatur in Pres-
bytero. d. Decisi. 37. num. 2.
- 85 Lampadarum ardentium in sepulchris Defunctorum,
reperatarum in Diocesi Patavina exempla. De-
cisi. 38. num. 8.
- 86 Utrum laicus possit sumere, & consumere utraque
species consecratas in Missa, moriente Sacer-
dote post consecrationem earum; & nullo alio exi-
stente Sacerdote, qui possit illas consumere? De-
cisi. 39.
- 87 In qua aetate pueri, ac puellae sint admittendi ad
Eucharisticam Communionem? Decisi. 40.
- 88 Quo Privilegio fruuntur pueri, & puellae in ar-
ticulo mortis circa Eucharisticam Communionem?
d. Decisi. 40. num. 9.
- 89 Quae, & qualis intentio sit necessaria in Sacerdote
Sacram Eucharistiam consecrante? Decisi. 41.
- 90 Quomodo sit intelligendus S. Augustinus re-
latus in cap. Dedit. 1. q. 1. & cap. Baptismus. De
Consecr. dist. 4. ubi dicit, valere Sacramentum Ba-
ptismi ab ebrio collatum? Decisi. 41. num. 6.
- 91 S. Thomas quomodo dixerit 3. par. q. 64. art. 8.
ad 3. Intentionem habitalem sufficere in confi-
ciente Sacramentum ad ejus validitatem? d. De-
cisi. 41. n. 7. & 8.
- 92 Quae sint signa denotantia, Intentionem Virtua-
lem consecrandi Eucharistiam esse in Sacerdote?
Decisi. 42. ubi tria signa.
- 93 An Clericus in minoribus ordinibus constitutus
possit ministrare Eucharistiam moribundo; si nul-
lus reperitur Sacerdos, qui eam ministret? De-
cisi. 43.
- 94 An laico liceat in casu necessitatis tangere Ho-
stiam consecratam? Decisi. 44. num. 3. & seqq.
- 95 Qui sint effectus, quos operatur Eucharistia in
anima illius, qui devotè eam suscipit? Decisi. 46.
Ubi quatuor esse, demonstratur; videlicet,
Augmentum gratiae; Unionem spirituales cum
Christo; Primam gratiam aliquando: & culpa-
rum venialium remissionem.
- 96 Poenitens si inculpabiliter obliviscatur aliquod
peccatum, an illud ei remittatur in absolutione à
confessione? Decisi. 46. num. 6.
- 97 Attritus si communicat, credens non habere
mortalia; vel si habeat, deficiente Sacerdote cre-
dat esse contritum, an recipiat in Communionem
primam gratiam? Decisi. 46. num. 7.
- 98 Peccata venialia an remittantur per Eucharistiam
ex opere operato, vel ex opere operantis? De-
cisi. 46. num. 13.
- 99 Qui sint effectus, quos Eucharistia producit in cor-
pore illius, qui dignè eam sumit? Dec. 47. ubi quod
sunt quatuor praecipui, Refrenatio motuum car-
naliū; Dulcedo spiritualis; Nutrimentum Vi-
tae praesentis, & Resurrectio futura cum dotibus
Impassibilitatis, Agilitatis, Subtilitatis, & Cla-
ritatis; quae omnia selectis Sanctorum exemplis
confirmantur, d. Decisi. 47. per totam.
- An corpora resurrectura gloriosa erunt lucida
diaphana; vel lucida densa, & opaca? Decisi. 47.
num. 17.
- Vita spiritualis, adinstar immortalis gloriosa fu-
tura, habet quatuor mysticas dotes, Clarity, Agi-
lity, Impassibilitatis, & Subtilitatis; & in quibus haec
dotes consistant? Decisi. 47. num. 18. & 19.
- Utrum ad faciendam experientiam, an mulier
patiens Ecstases, & mira loquens, communiter cre-
dita Energumena, verè sit talis, vel potius Lu-
natica, Epileptica, Saga, Maga, aut Pythionissa,
licitum sit, eam petentem Eucharisticam Commu-
nionem fallere, porrigendo illi Hostiam non con-
secratam? Decisi. 50.
- Qui sint Energumeni? Lunatici? Epileptici?
Magi? Saga? Pythones? & quibus signis prae-
dicti cognoscantur? d. Decisi. 50. num. 11. & seqq.
- Quibus causis Deus permittat in hac vita homi-
nes à daemonibus vexari? d. Decisi. 50. num. 31.
- An dentur remedia naturalia ad fugandos Da-
mones? d. Decisi. 50. num. 33.
- An Aleis ungula sanet Epilepticos? Potiore
sanguinis hominis decollati? d. Decisi. 50. num.
8. & 9.
- Animae defunctorum an obsideant Corpora vi-
ventibus? d. Decisi. 50. num. 19.
- An liceat pacisci cum aliquo, ut qui ex eis
prior moriatur? appareat superstiti? Decisi. 50.
num. 25.
- Daemon quomodo possit stare in corpore homi-
nis viventis, non autem in anima? Decisi. 50.
num. 26.
- Legio una daemonum, quot daemones conti-
neat? Decisi. 50. num. 28.
- Energumeni quibus signis cognoscantur esse
tales? Decisi. 50. num. 29.
- Utrum Anima beata, vel existentes in Pur-
gatorio, aut etiam in Inferno possint apparere vi-
ventibus? Decisi. 50. num. 23.
- Quae dispositiones ex parte Animae sint neces-
sariae ad licitam Eucharistiae perceptionem? De-
cisi. 51. ubi quatuor requiri in suscipiente doce-
tur. Fidem, Voluntatem suscipiendi, statum
gratiae, & devotionem.
- Cur non detur Eucharistia infantibus, ac per-
petuo amentibus? Decisi. 51. num. 4.
- Quando possit dari Eucharistia phreneticis, vel
amentibus? d. Decisi. 51. num. 4.
- An Parochi mortaliter peccent, si rusticos, &
idiotas non instruant de veritate Corporis, & San-
guinis Domini in Eucharistia? Decisi. 51. nu-
mero 4.
- In quibus casibus sola contritio de mortali pec-
cato, absque actuali confessione sufficiat, pro li-
cita Sacrae Eucharistiae sumptione? Decisi. 51. nu-
mero 7.
- An peccet, qui habet peccata Venialia; &
cum illis suscipit Sacram Eucharistiam? Decisi. 51.
num. 9.
- Quae Dispositiones ex parte Corporis requi-
rantur in illo, qui dignè cupit sumere Sacram
Eucharistiam? Dec. 52. ubi quatuor enarrantur.

Index Quæstionum Theologicarum.

- Naturale jejunium, Modestia vestimentorum, Facultas deglutendi, & retinendi Sacramentum in stomacho. Et abstinencia à copula Conjugali.
- 120 Quantam abstinenciam à conjugali copula habere debeant uxorati, recepturi Sacram Eucharistiam? Decis. 53.
- 121 Quo tempore? Et quo temporis instanti Eucharistia conferat gratiam? Decis. 56.
- 122 Cujus formæ essent particule consecratæ, quibus olim communicabantur fideles? Decis. 56. num. 2.
- 123 An recipiat gratiam ille, qui recepta Sacra Eucharistia, eam tenet in ore donec per nimiam salivam corrumpantur species Sacramentales? Decis. 56. num. 6.
- 124 Utrum Communio Eucharistica devotè sumpta proficiat ad satisfactionem penarum, quas communicans solvere debet vel in hac vita, vel in Purgatorio? Decis. 57. num. 5.
- 125 Quid sit satisfactio? Decis. 52. n. 1.
- 126 Qui, & quot sint actus tam interni, quam externi, per quos homo potest satisfacere in hac Vita pœnis per eum debitis ob peccata mortalia remissa, vel ob venialia? Decis. 57. num. 3. & 4.
- 127 Quinam est sensus, & vis hujus locutionis: Sacramenta producunt effectum ex opere operato, vel ex opere operantis? Decis. 57. num. 4.
- 128 An satisfieri possit pœnis debitis pro peccatis tam pro se, quam pro aliis non solum per opera pœnalia, sed etiam per quoscunque actus virtutum, nisi non pœnales? Decis. 57. nu. 7.
- 129 An Confessarius possit imponere Pœnitenti pro pœnitentia summptionem Sacrae Eucharistiae? Decis. 57. num. 9.
- 130 An Communio facta pro Animabus Purgatorii iisdem pro sit ad satisfactionem penarum? Decis. 58. num. 14.
- 131 Quibus operibus possint viventes suffragari animabus Purgatorii? Decis. 58. num. 7.
- 132 An non existens in gratia possit suffragari Animabus Purgatorii? Decis. 58. num. 11. & 12.
- 133 Utrum Animæ Purgatorii torqueantur ibi à Demoniis? Decis. 58. num. 2.
- 134 An eleemosyna sit magis satisfactoria, quam jejunium? Decis. 58. num. 15.
- 135 Ebrietas an sit peccatum mortale? Decis. 59. num. 6. 7. & 8.
- 136 An Medici possint suadere alicui infirmo ebrietatem pro remedio suæ infirmitatis? Decis. 59. num. 9.
- 137 Quomodo Noë, ac Loth possint excusari ab ebrietate? Decis. 59. num. 10.
- 138 Quæ sint remedia adhibenda ab ebriosis, ut caveant ab ebrietate? Decis. 59. num. 11. & 12.
- 139 Quot peccata committat qui se inebriat die Resurrectionis Paschalis post Sacram Communionem receptam? Decis. 59. num. 16.
- 140 An committat duo peccata qui peccat in die festo? Decis. 59. num. 17.
- An Maritus non nutriendus Uxorem, ac filios peccet mortaliter? Decis. 59. num. 18.
- An existentes in peccato mortali, & associantes SS. Eucharistiam, dum deferunt in Processione, vel ad infirmos lucentur Indulgentias concessas pro hujusmodi associatione? Decis. 60. n. 31. & 32.
- Utrum Uxor possit petere divortium, si maritus contraxerit morbum gallicum? Decis. 61. num. 20.
- Eucharistia, ac Extrema Unctio an sit danda manibus per Sacerdotem infectis Peste? Dec. 61. n. 28.
- An peccent mortaliter peste infecti si conversentur cum sanis, iisdem infectis, eos esse pestiferatos? Decis. 61. num. 31.
- An morientes in servicio peste infectorum, iisdem servientes ex motivo charitatis, sint Martyres? Decis. 61. num. 32.
- Quando sit danda Extrema Unctio peste infectis? Decis. 61. num. 35.
- Pestis tempore an Processiones sint licitæ? Et quibus cautelis sint practicandæ? Decis. 61. n. 38. & seqq.
- Episcopi an tempore Pestis teneantur residere in suo Episcopali Palatio? Et administrare Sacramenta in defectum aliorum Sacerdotum? Decis. 61. num. 21. & 22.
- Quænam sit obligatio Prælatorum Regularium tempore Pestis? Et an Regulares Sacerdotes tempore pestis sint obligati administrare Sacramenta? Decis. 61. num. 24. & num. 30.
- Simples Sacerdotes an compelli possint tempore Pestis, ut Sacramenta administrarent? Decis. 61. num. 29.
- Regulares Conversi in religionibus servientes quare vocentur Conversi? Decis. 62. num. 13.
- Qua de causa, plura defunctorum cadavera versantur pro sepultura cum habitu Capuccinorum, vel PP. Reformatorum S. Francisci? Dec. 62. n. 15.
- An pueri oblato à parentibus alicui Religioni teneantur in ea profiteri? Decis. 62. num. 16. & 17.
- Convertitæ an possint facere professionem regularem ante completum annum Novitiatus, & in quacunque ætate? Decis. 62. num. 19. & 20.
- Anachoretica Vita an sit perfectior, quam Vita Cœnobitica? Decis. 62. num. 24.
- Anachoretis, & Solitariis ob quas causas licitum erat deferere Anachoresim, vitamque solitariam? Decis. 62. num. 32.
- Anachoretæ, Inclusi, ac Solitarii, præcipue in vastissimis desertis, quomodo recipiebant Sanctissimam Eucharistiam tum in vita, tum in morte? Decis. 62. num. 33. & seqq.
- Cujus formæ, ac magnitudinis olim esset Panis in Missa consecrandus? Decis. 62. num. 38.
- An Sancti Angeli soliti fuerint ministrare Sacram Eucharistiam? Decis. 62. num. 45. & 46.
- Anachoretæ, & Inclusi quomodo adimplebant præceptum de audienda Missa? Decis. 62. nu. 51. & 52.

